

In natiuitate quadam fuit Aries in octaua, & Mars in Leone, & tamen natus non fuit mortuus in igne, sed uulneribus. Verum si Saturnus nullam permixtionem habuiffet in loco Martis, & in gradu octauæ, natus fuiffet combuftus. Nam Saturnus & Mars fuerunt coniuncti, & trigonus Saturni fuit in gradu octauæ domus, & Saturnus & Mars in duodecima domo, unde non fuit combuftus, sed ab inimicis occifus, licet Sagittarius in quarta faluus, & dominus eius in termino fortunæ efferet, & licet quarta domus fines rerum fignificet, tamen fignificatum fumptum de morte ab ipfa efferet debile, ficut etiam iudicium de domino triplicitatis mortis &c.

Dominus afcendentis fi applicat domino mortis, aut dominus mortis, uel dominus feptimæ in afcendente, fuerint remoti ab afpectu Lunæ natus interficiet feipfum.

Si dominus mortis fub radijs abfconditus fuerit, natus occidetur in occulto.

Terminus gradus feptimæ fi fuerit in fortunæ, mors erit turpis.

Sol aut Luna in ultima parte figni locati, fi infortunantes fe afpexerint, natus à canibus lacerabitur, fi foelices ftellæ eos non uiderint.

Si fuerit Sol coniunctus domino afcendentis in Leone, & Mars nullam in afcendente habens prærogatiuam, nulla benefica in octaua exiftente, natus exuretur.

Luna in nocturna genitura corporaliter iuncta infortunæ, præfertim Marti aut in eius quadrato uel oppofito, natus morietur in igne.

Significator mortis in domo uel exaltatione fua, fignificat mortem in domo, & terra fua. Si uero fuerit receptus, fignificat mortem in domo fui amici.

Significator mortis in tertia, uel nona domo, fignificat mortem extra terram fuam. Si autem efferet in aliqua dictarum domorum in domicilio uel exaltatione fua, fignificaret mortem in donio fua extra terram fuam propriam, uel quod morietur ratione itinerum.

Si pars mortis in una quarta, & dominus eius in alia fuerit, natus morietur extra terram fuam.

Si pars mortis in angulo falua ab infortunis fuerit, morietur in terra fua, bona morte.

Pars mortis in domo itineris, uel Saturnus dominus domus mortis, aut Saturnus in octaua, licet peregrinus, uel in Sagittario, uel pars mortis, aut dominus eius in afcendente, aut in fignis, in quibus dominus afcendentis nullam habuerit dignitatem, aut dominus anguli terræ in octaua, uel dominus octauæ, uel tertiæ morietur in exilio contemptiffimus.

Si pars mortis in cadente fuerit, morietur extra terram fuam. Si in angulo libera ab infortunis, morietur fuauiter. Si in quinta uel undecima, morietur in meliori ftatu uitæ fuæ.

Quando dominus octauæ uim fuam dederit domino nonæ, natus extra solum patrium morietur.

Dominus octauæ fi octauam non afpexerit, natus extra solum patrium morietur.

Mars in quadrato uel oppofito Solis, fignificat mortem uiolentam, aut propter uix caput illi amputabitur, aut cadet de equo, & morietur.

Si mars cum capite draconis Lune in octaua fuerit, fufpenderetur natus.

Luna cum Marte in quadrato octauæ domus, & Medium celi in Geminis, maxime in diurna genitura, fufpensionem nato fignificat.

Si Saturnus in Ariete in undecima fuerit, timeat natus fufpensionem.

Si octauæ